Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8162
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dande · Trocisci aut de lacca sunt · quia Rp · lacce · reubarbari · semi · amborum ana ·
· ʒ · iii · spice · seminis apii · aniseos · mastic · squinanti · seminis juniperi · et sauine ·
amigdalarum amararum · costi amari · rubee · sic eupatorii · asari · aristol · ro ·
· genciane · omnium ana · ʒ · i · et ℈ · informentur cum succo eupatorii · pondere ʒ · i · dentur —
Apozima de radicibus · Rp cortic radic · apii · feniculi · amborum ana · ʒ · x ·
seminis apii · seminis feniculi · flores squinanti · aniseos · omnium ana · ʒ · v · rosarum in ·
· spice odorifere · ana · ʒ · iii · coquantur in libris · iii · aque · donec ad terciam redeat ·
· et detur in potu cum predictis trociscis · Si autem apostema fiat in epate · et corpus tum
erit · ut apostemata que in stomacho generantur · apostema quod in gibbo epatis oritur ·
deterius est · quam quod fit in concavitate · et corpus enim velocius ad matrem transit ex apostemate
quod in gibbo generatur · quod ideo contingit · quia sanguis ad membra penetrare prohi-
betur · Filius vero · i · fumositas · ad epatis concavitatem penetrare non prohibetur ·
· licet in ea sit apostema · quia fumositas eius est subtilis quam sanguis grossior existit · ·

Capitulum · de fluxu ventris ·

FLuxus ventris fit · aut cum sanguine · et sanie · aut sine sanguine et sanie · et ille qui est sine sanguine · fit aut propter debilitatem epatis ab attractione · aut propter debilitatem sui a digestione · aut quia currit ex eo colera acuta ad intestina · aut propter velocitatem descensionis cibi a stomacho in intestinis · et illud fit · aut propter multitudinem flatus in eis · aut propter repletionem corporis · et mollitiem ipsorum · aut propter lubricitatem accidentem in eis · aut propter bothor in superficie corporis · Et quando fit fluxus ventris · cum amplitudine effusionis colere nigre · ad os stomachi · et ore effusa accipite ad stomachum · aut propter multitudinem potus aque super ipsum · aut cibi · aut quia solutivus in natura sua est · aut propter errorem ordinis eius · aut propter motum post ipsum · aut multitudine potus · aque super ipsum · aut propter pravitatem resolucionis corporis · Ille autem qui fit cum sanie et sanguine · fit aut propter dubelati que disrumpitur · aut propter venam scissam · aut propter debilitatem epatis · aut excoriacione accidente · et excoriatio · aut fit in intestinis superioribus · aut inferioribus · aut in ano · Accidens aut a debilitate epatis · ab attractione · fit absque sanguine · et signum eius est fluxus albus · et viridis · et quod molle fit corpus cum eo · et minoratur sanguis in venis eius · et citrinatur colore · et albescit · Et cura eius per electuaria aperitiva · sicut · dyaton piperon · dyacalamintum · et vinum purum forte · pure quantitatis · et emplastrum confortativum epatis · et posita ventosa · super ipsum vice una · et ista emplastra alia · et cibi qui sunt velocis penetrationis · Fluxus autem fit · amplitudine effusionis colere acute · que currit ab epate · signa sunt

Nota de fluxu ventris cum sanguine ·
Si pateris fluxum · nisi caveris hec · morieris ·
Concubitum · potum nimium · cum frigore motum ·